

II i
2062

ACVTISSIMI IURISCONSULTI,
FRANCISCI
ZABARELLIS, CARDINALIS FLO.
RENTINI,

QVI VIXIT CIRCA ANNUM Domini M. CCCC. VI. Decus temporis Schismate, Tractatus longè appositiſſimus: ex quo obiter cum de congregandis Synodis, Cæſariſne cæ hodie partes eſſe debeant, tum de plerisq; aliis, quæ à Pontificiis hucusq; damnantur, pia ejus ſeculi judicia prudens Lector deprehendet.

EORVM CAPITA POST
Prefationem require.

ESAIÆ II.

Repleta eſt terra ejus argento & auro, & non eſt finis theſaurorum ejus. Et repleta eſt terra ejus equis, & innumerabiles quadrigæ ejus. Et repleta eſt terra ejus Idolis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

OS(O)SO
G

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

ANNO
MDCVIII.





Il

CH

CI

Decl

m



mutilato

detorta

mniarig

deo, quoc

authorit

revera a

ipsius Z

dum est

potius in

ferre. De

neq, om

hac nego

illi, mea

1721



*Illustrissimo Principi ac Domino,
Domino*

CHRISTOPHORO, DV-
CI IN VVIRTENBERG ET
Deck, Comiti Montispeligardi &c. Do-
mino clementiss. Lucas Schrotei-
sen LL. Licentiatus
S. D.

NON dubito illustrissime Princeps,
quin exoritur sint in continenti, qui
cum in aliud allatos textus, & ratio-
nes, ad presens institutum, accommo-
dari videbunt, truncatarum legum,
mutilatorumq; Canonum, atq; adeo in univ-
ersum detorta sententiae criminis reum me deferre, calu-
mniariq; satacturi sint. *Iis igitur primum respon-
deo, quod cum major pars hujus tractatus, Canonum
authoritate nitatur, quorum dicta generalia esse, &
revera ad presens institutum multo etiam quam ad
ipsius Zabarellis propositum accommodatiora faten-
dum est: me hic non tam Zabarellem, quam ipsos
potius in commune Canones jurisq; authoritates af-
ferre. Deinde, quod ex ipsa lectione deprahendi potest,
neq; omnino eam authoris intentionem esse, ut in una
hac negotii specie prorsus se contineat: quinimo hunc
illi, mea sententia, potius scopum fuisse, ut immodera-*

ram Romanorum Pontificum licentiam, & effrenem illam dominandi libidinem, quoad ejus fieri posset, coerceret, taxaretq₃. Quasi extra propositum erunt, habebunt fortassis quod non injuste querantur emuli. Ceterum illustrissime Princeps, missis hisce, cum nuper Celsitudinis tue patruus, illustris Dominus Georgius, Princeps Wirtembergensis, hac transiturus, adversa valetudine correptus, per aliquot dies decumberet, offerrémq₃ illi levanda molestia causa, quem inter non contemnenda vetustatis monumenta repereram, presentem Tractatum: ut est non modo rara justitiae commendatione, sed & prudentia incomparabili insignis heros, & qui nihil prius habeat quam ut ex animo Christianae Republicae bene velit: ut esset quo Pontificiorum rabies, qui vel sacrilegium ducunt, alii praeterquam suo Pontifici congregandorum Conciliorum potestatem attribuere, comprimeretur: adendi hujus tractatus author fuit. Et sanè ex omni praeterita aetatis Jurisprudencia, ad convincendam refellendamq₃ Pontificiorum frontem, vix quisquam solidius firmissq₃, pro temporis rerumque presentium conditione quicquam adduxerit. Vt enim illi hodie omnia, quantumvis juste & ad rem dicta, perpetuo hoc quasi praesudicio premunt, quod nova, quodq₃ ex inveterato in Romanam sedem odio prolata sint: Ita vicissim vetustissimi, ejusdemq₃ popularis sui testimonia extra omnem hujus culpa suspicionem agnoscere, acceptareque cogentur. Scripsit enim hic author circa annum Domini millesimum quadringesimum septimum, ante Constanti-

ensis

ensis Concilii tempora. Idque eò sincerius, quò minus habuit, quem nominatim perstringere, aut offendere posset: stante scilicet Papatu per annos triginta sex, sub crudelissimo schismate, & pertinacissima avarissimorum hominum laniena. Sub id igitur tempus Zabarellis hic, acerrimi iudicii vir, & qui ferè post omnes alios (quod in jure civili postea fason præstitit) male facta huiusmodi juris Canonici eliminaverit, caput & fontem ejus scissuræ, qua Ecclesia Christi infestabatur, observans, liberrimè in degeneres Pontificum mores & insanam regnandi libidinem est inventus. Neq; solum, si externa hæc Christi Episcopos excacassent, Imperatori Romano convocandi pios, & habendarum Synodorum facultatem concessit, sed ipsos etiam Pontifices examinandi, & inquirendi de eorum doctrina, & moribus, jus Cesaribus competere, comprobavit. Et quod maximum est, Magistratui politico authoritatem omnino deponendi etiam deturbandiq; Romani Pontificis, si indignum debita functione committat, adscribere est ausus. Quæ si quis hodie Pontificis adulatoribus obtrudat, nec in promptu vindicem suum, authorem, qui extra nostrorum temporum curricula sit positus, sistat, omnino ex proprio capite comminisci, & blasphemias loqui convincetur. Verùm ita divina providentia comparatum est, ut semper insignia mendacia, insignes etiam perinde redargutiones excipiant. Quid enim de Petro Ferrariense fax illa assentatorum, qui ante annos plus minus centum triginta octo vixisse probatur, respondebit? Is in tantum Papomastigem ob

insignia iam tum summorum Pontificum flagitia
se prestitit, ut ingenuè Imperatores, & Principes no-
stros ad hæc insensatos, tantum non fungos & stipites
appellarit. Extant hæc ejus verba in form. Respon. rei
conven. Et sic nota, quot modis isti Clerici illaqueant
Laicos, & jurisdictionem suam ampliant. Sed heu
miseri Imperatores & Principes seculares, qui hæc
& alia sustinetis, & vos servos Ecclesie facitis, &
mundum per eos infinitis modis usurpari videtis, nec
de remedio cogitatis. Quia prudentia & sapientia nõ
intenditis, &c. Et longè appositiss in form. act. confess.
pro servit. in verbo plenam, & omnimodam, &c. u-
bi nunquam Christiana Reipublica consuli posse af-
firmat, nisi prorsus omnem civilium rerum admini-
strationem, ceu fomitem hujus mali à se ablegent
Pontifices: Et ut ipse dicit, donec Casari quod Casar-
is est, & Deo quod Dei est, restituatur. Ut profectò
non ambigendum sit, quin si in nostra hæc tempora
viri illi incidissent, vidissentq; calamitosissimum toti-
us Christiani nominis statum, & quasi triumphantem
interea de publica miseria Romanum Pontificem,
non modo abrogandi Pontificis, verum etiam uni-
versi Pontificatus abolendi facultatem pio Casari
contulissent. Ex quibus certè constat, ea quæ hodie
contra Pontificiam insolentiam dicuntur, neq; nova,
neq; priscis etiam illis temporibus incognita fuisse.
Hæc igitur illustrissime Princeps, tanquam quæ ad
vehementissimas hujus seculi concertationes, ceu pa-
radoxæ, Pontificiis illis peponibus ex suis authoribus
proponi possint, cum quod aliàs eruditis Principibus
illa

illa dicare conveniat, tum quod inter ceteras elegantissimas tuas virtutes veri perquirendi, colendaque justitie studium præemineat, Illustrissimo nomini tuo consecrare, dedicareque volui: Perinde addictissima obsequia, et paratissimam meam erga Celsitudinem tuam diligentiam, hac ratione contestari cupiens. Valeat Illustrissima Dominatio tua in multos annos. Argentorati, pridie
Calend. Septemb. Anno
1545.





ELENCHUS PROPOSITIONUM, quæ ex hoc tractatu haberi possunt.

VNIUSCUIJUSQUE interest, vigilare in iis, per quæ fides Catholica conservetur. pag. 1. num. 1. & pag. 15. num. 20.

Si radicem omnium inconvenientium & malorum, quæ ex multis partibus passa est Ecclesia, cōsideremus, tota surrexit ab omissione Conciliorum, quæ si ut quondam fiebat, congregaretur, proculdubio credendum est quod provisum fuisset & contra mala instantia, & contra futura. pag. 15. num. 10.

Nec est aliud remedium, citra Dei manum, ad Ecclesiæ informationem. 15. 20.

Concilia ad conservationem fidei Catholicæ ordinata sunt. 8. 20. & 15. 10.

In actis Apostolorum capite XV. præscripta est Christianis formula habendorum Conciliorum, quã & nos sequi hodie debemus. 32. 10

Mos antiquus habuit, ut crebro fierent Cōcilia, & ut quæque difficilia per ea terminarentur. 33. 1.

Pontifices verò, qui magis ad modum terrenorum Principum, quàm Apostolorum, rexerunt Ecclesiam, non curarunt facere Concilia: ex qua omissione processerunt infinita mala. 33. 10. Papa

Papa non potest immutare universalem statum Ecclesiæ, vel impedire quæ ad perpetuam illius utilitatem ordinata sunt; utpote Conciliorum congregationes. 14. 20. & 15. 1. & 35. 1.

Neq; in hoc potest Papa per suas Constitutiones, vel alio modo facere resistantiam; quia hoc esset subvertere Ecclesiam: sed potius debet ad animam & sanguinem usq; confirmare. 35. 1.

Ecclesia non potest ita potestatem suam in Papam transferre, ut penes ipsam esse desinat: quia hoc esset contra jus divinum, & contra exempla Apostolorum. 46. 20.

Si Papa vult destruere id quod Apostoli docuerunt, convincitur errare. 36. 20. & 37. 1.

Papa solutus est legibus suis, sed non legibus Dei: quales sunt leges Conciliorum, quæ Spiritu sancto suggerente promulgatæ sunt. 36. 20

Si Romanus Pontifex non congreget suo tempore Concilia, ex quacunq; causa; tunc Imperator habet convocare: & ita potestas convocandi Concilia revertetur ad jus pristinum: quia extremitas retrahitur ad principiû, & sic ω revolabit ad α . 7. 20. & 8. 1. & 49. 1.

Olim Imperatores omnino convocabant Concilia. sic Constantinus, Justinianus, Carolus, & multi alii. 3. 20. & 4. 1.

In Concilio Niceno Imperator Constantinus etiam præfedit. Ibidem.

Imperator est pars Concilii. 9. 10.]

Imperator interest Concilio suo jure, &
non ex gratia. 9.1.

Ubi de fide agitur, ibi etiam Laici interesse
debent. 32.10.

Neminem moveat, quòd Imperator est Lai-
cus, & ex hoc putet inconueniens, quòd se in-
tromittat in caussis Clericorum. neque enim
semper prohibetur de Clericis judicare. 9. 20,
& 10. 1. & 13. 1.

Si peristeremus in eo, ut indistinctè senti-
remus, nulli licere congregare Concilium ge-
nerale, nisi Papæ; posset per hoc fides multum
periclitari. 11.1.

Finge enim, si aliquãdo accideret, quòd Pa-
pa esset hæreticus, & ita non vellet congregare
Concilium, fugiens de se iudicium fieri, ut fa-
cilè contingere potest; & ita ille etiam suos cõ-
plices creasset Cardinales, qui consequenter &
ipsi de se Papam hæreticum crearent: ad quem
tunc, nisi ad Imperatorem, partes convocandi
Concilium spectabant? 11.10. & 12. 1.

Posset enim ita, nisi Deus aliter succurreret,
tota Ecclesia perduci ad errorem. 12.10.

Et ita evenire, quod dici solet, qualis rector
domus tales, & habitantes in ea. Ibid.

Nam id quod docet Princeps, facilè ample-
ctuntur subditi. ibidem.

Redemptor autem noster oravit pro Eccle-
sia sua, ne fides ejus deficiat. Et ipse Redemptor
volun-

voluntate laborum suorum non est fraudandus. *ibid.*

Non est autem alius magis idoneus Dei minister, ad obviandum ne hoc accidat, quam Imperator; qui advocatus est, & defensor Ecclesiae. 12. 20.

Malè autem patrocinaretur, Ecclesiam, quantum in se est, permittendo labi in heresim, *ibidem.*

Ratio specialis, imò specialissima est, ob quam Imperator teneatur, & possit convocare Concilium, ne fides Catholica ruat. 10. 1.

Præcepto Papæ non est obediendum, quando ex hoc vehementer præsumitur status Ecclesiae perturbari, vel alia mala esse ventura. 14. 20.

In causa necessitatis, & utilitatis publicæ, non est attendenda propria voluntas, aut dominatio alicujus, ut Papæ. 20. 20.

Quòd iste Papa sit, vel iste, est immediatè ab homine. 18. 20.

Titulus administrationis, utpote Papatus, aut alterius Prælaturæ, est de jure positivo. 48. 1.

In tantum interest Imperatoris, fidem defendere; ut, si Papa suspectus esset de hæresi, Imperator ab eo rationem fidei suæ exigere posset. 9. 1.

Imperator potest Pontificem, pro sua vo-

unitate impediētem unitatem Ecclesiæ, tan-
quam in notorio crimine persistentem, & hæ-
reticum, deponere. ad quod optimè facit c. si
duo dist. 79. Pag. 21, num. 10.

Papa etiam de quolibet crimine notorio
coram Imperatore potest accusari. 21. 20.

Et si confugiat ad potentiam temporalem,
de facto coërceri potest. 22. 1.

Quòd si autem neq; Papa, neq; Cardinales,
neq; Imperator, congregent Concilia; tunc
prælati majores, unus vel plures, facere convo-
cationem poterunt. 14. 10.

Quid autem, si Papa prohibeat sibi obedi-
entes ad talia Concilia accedere? respondeo,
quòd non tenentur parere. nam præcepto Pa-
pæ non est obediendum, &c. pag. 13. num. 10,
& pag. 14. num. 1.

In solo Petro non fuit plenitudo potesta-
tis: sed ipse, tanquam unus de congregatione,
assumit partem administrationis, & post ipsū
Jacobus. 33. 1.

Id quod dicitur, quòd Papa habeat plenu-
dinem potestatis, debet intelligi, non solus, sed
tanquam unus apud universitatem: ita quòd
ipsa potestas sit in universitate, tanquam in
fundamento; sed in Papa tantūm, tanquam in
principali ministro, per quem hæc potestas ex-
erceatur. 33. 20.

Ita tamen quod præcedat clavibus discretionis
34. 1.

Et

Et ut fiat clave non errante. 34. 20.

Plenitudo potestatis per singulos in universitate exercetur ; sed principaliter per Petrum. 34. 10.

Non tamen ita, ut etiam ei erranti standum sit. Ibidem 20.

Et nota, quòd dicitur principaliter, & non totaliter. Ibidem 10.

Veri & genuini Canones malè considerati sunt per multos assentatores, qui voluerunt placere Pontificibus per multa retro tempora, & usq; ad hodierna suaserunt ; quòd omnia possent, & sic quòd facerent quicquid luberet, etiam illicita, & sic plus quàm Deus ipse. 35. 10.

Ex tali persuasione infiniti sequuti sunt errores: quia Papa occupavit omnia jura inferiorum Ecclesiarum, ita ut inferiores prælati sint pro nihilo. ibid. 20.

Et nisi Deus succurrat statui universalis Ecclesiæ, Ecclesia periclitatur. Ibid.

Papa errat, quoties dispensat in eo, per quod decoloratur status universalis Ecclesiæ. 35. 10.

In Concilio futuro ita determinanda est potestas Papæ, ut deinceps non possit quodlibet, sed quod licebit. ibid. 20.

Esset etiam considerandum de honorificentia facienda Papæ, ne in ea excedatur modus, ut videatur non minùs honorari Papa quàm Deus. Ita enim honorandus est, ne adoretur, quod de se fieri non passus est beatus Petrus,

qui Cornelio procidentem sibi ad pedes dixit;
surge, & ipse enim homo sum, sicut tu. 36. 10.

Papa tunc est superior in Ecclesia, cum bene
administrat. 46. 10.

Et de hoc, an bene vel malè administret, ha-
bet ipsa universitas decernere. Ibidem 30.

Per Concilia futura, possunt abrogari ea,
quæ minus rationabiliter constituta sunt in
præteritis. 47. 20.

Quod dicitur, Ecclesiam errare non posse;
intelligitur de tota Ecclesia, id est, de congre-
gatione fidelium. 29. 1.



Cum

Cum pagina hæc vacaret, visum est ver-
ba Petri Ferrariensis, Coëtanei hujus Za-
barellis, de quibus supra in Prefati-
one facta est mentio, sub-
jicere.

IN tantum excrevit regnandi appetitus, quod nedum
Laici, sed etiam summi Sacerdotes & Clerici sunt
tali morbo ac vitio penitus infecti. Vides enim quod
ipse Papa, qui deberet tanquam verus vicarius vestigia
sequi Jesu Christi, possidere & manu armata nititur
detinere jurisdictionem in terris, civitatibus, & villis,
& locis, quæ sunt naturaliter, & à mundi creatione,
& Christi ordinatione, Imperii Romani: juxta illud,
Quod est Dei, reddatur Deo, & quod est Cesaris, Ce-
sari. Imò ipse Papa in ipso Imperatore nititur superio-
ritatem habere: quod ridiculum est dicere, atque abu-
minabile audire. Nam naturaliter à principio mun-
di omnes Clerici, nedum Laici, erant sub potestate &
jurisdictione Imperii: sed ipsorum Imperatorum dulce-
dine & benignitate fuerunt Clerici dimissi sub potesta-
te Papæ; & beneficium hoc tanquam ingrati sciunt
male cognoscere. ut no. per Inn. in c. 2 de ma. & obed.
Bene ergo & sanctè faceret ipse Papa, si totam corpo-
ralem jurisdictionem in manibus Imperatoris remit-
teret: nec aliter unquam respublica, & maxime Ita-
lia, quiescet. Nec ulterius de Papatu tale schisma, qua-
le fuit & est 36. an. præteritis, ullo tempore amplius ac-
cideret: & ex hoc status universus Clericorum magis
redderetur Deo ac populo devotus, & ipse Papa cum
Cardinalibus viverent quietius, ac Deo devotius, &
populo magis accepti & grati.

Ex Theodorici à Nyem lib. 3. de Schismate.
te. cap. 7. de Potest. Pontificis ac
Imperat.

Fatue & adulatorie loquuntur illi, qui dicunt,
quod Papa seu Ecclesia duos habet gladios, scilicet
spiritualem & temporalem: cum in Evangelio Petro
sit dictum, Convertite gladium tuum in vagina. & ibi
dem addit a ratione, videlicet: Omnis. n. qui gladio
ferit, &c. Etenim si uterque gladius apud Papam exi-
steret, supervacue vel fecte Imperator vel Rex Ro-
manus illud nomen haberet. Sed isti adultores seu as-
sentatores, per talia scripta & dicta inducunt maxi-
mum errorem in tota Christianitate, & suscitant quoda-
modo perpetuam emulationem seu discordiam inter
Papam & Imperatorem. Conculcatur enim per hoc
imperialis auctoritas, & ensis potestas sub dubio collo-
catur, in totius reip. detrimentum, ut videmus. Pa-
tet etiam ex decreto, cum schisma viget in Romana
sede, quod propter auctoritatis excellentiam, & in tem-
poralibus potentiam, Imperator vel Rex Romanus
prelatos Ecclesiasticos potest convocare, ut illud omni-
no tollatur. Quod credo intelligi debere de illis, qui re-
& nomine Imperatores & Reges existunt Romani:
non autem de illis, qui desides seu solo nomine Impera-
tores aut Reges Romani sunt: sicut fuerunt Impera-
tores & Reges Romani, quos nostro tempore habui-
mus & habemus. Illi enim non merentur Impera-
tores vel Reges Romani nominari, qui sunt pusilla-
nimes & effeminati.

SEQUITUR



SEQUITUR TRACTA-
TUS,

UNITATEM Ecclesie firmiter tenere ac vindicare debemus omnes Catholici, 24. q. 1. c. loquitur. Sed maxime Episcopi qui president in Ecclesia, ut ibi; sic etiam Doctores juris, maxime Canonici, qui in Dei Ecclesia debent afferre fructum oportunum. de elec. c. ex eo. li. 6. & quaedam precipua cura tenentur Unitatem ecclesie querere & conservare. Qua de causa motus ego Franciscus de Zabarellis, de modis sopiendi ¹⁰ pestiferum schisma, quod est in Dei ecclesia, nonnulla colligere studui, quae subjicio.

Quaerimus itaque, quibus modis provideri possit, ut sit in ecclesia unus Romanus pontifex, cui Catholici omnes pareant, & non duo, uti nunc de facto. Itaque redemptoris, cujus agitur causa, praesidio postulato, respondeo ut sequitur. Queritur autem primo, si contingat esse contentione inter duos de papatu, utroque asserente se Papam, & alterum in valorem, quis sit ²⁰ iudex? Respondeo quod Concilium, ut notatur 79. Dist. c. si duo. in glos. pri. & videtur bene probari ibi in litera, cum dicit quod ille erit Papa, quem iudicium & Universitatis consensus elegerit. Nam nomine Universitatis debet intelli-

2 DE SCHISMATE INNOCENT. VII.

gi universitas totius Christianitatis, cum Papa
fit universalis Pontifex, ut de major. & obed. c.
Solitæ, & de translatione Episcopo. c. 1. & duo-
bus sequentibus. Et quod ad Cōcilium spectet
judicare de hoc, est 2. q. 7. c. Nos si incompetē-
ter. §. Item Symmachus. Nam in tanto negotio
synodalis arbitrii est sequenda præscriptio. &
17. di. c. Concilia. §. hinc etiam. & licet ibi non
10 exprimat omnino de tempore, quod tūc es-
set Schisma in Papatu, tamen bene exprimitur
ibi, quod erat Schisma contra Papam. In Cano-
nicis autem legitur, quod tunc fuit Schisma ex
eo, quod Laurentius contendebat de Papatu
cū Symmacho: ad hoc facit quod notat Archi-
diaconus & Joannes And. de Hær. in fin. lib. 6.
ubi dicunt, quod cum Papa accusatur de heresi,
competens iudex est cōcilium. quod idem est:
quia ex quo surgit altercatio & dubij probabili-
tas, non potest dici ecclesia plene reformata, &
neuter potest bene administrare. arg. de trans-
20 latione. c. 2. Est ergo ecclesia Universalis quasi
vacans arg. dicti capit. Cum autem vacat eccle-
sia, potestas Universalis ecclesiæ videtur reside-
re in ipsa tota ecclesia, quæ est fidelium congre-
gatio. de Consec. dist. 1. c. ecclesia. de bigamis.
c. debitum. & de elec. c. fundamenta. lib. 6. Sic
etiam dicunt philosophi, quod regimen civitatis
consistat penes congregationem civium, vel
ipsius congregationis partem valentio rem.
quæ

quæ sententia colligitur ab Aristotele tertio
 Politicorum c. 8. & conformiter dicendum
 est, quod regimen orbis penes congregatio-
 nem hominum totius orbis, vel ipsius partem
 valentiolem consistat. Ita ergo & regimen u-
 niversalis ecclesiæ vacante Papatu, consistit pe-
 nes ipsam ecclesiam Universalem, quæ repræ-
 sentatur per Concilium generale, & ipso Con-
 cilio congregato, penes ipsius Concilii partem
 potiolem. l. di. c. Domino sancto. ad fin. Nam 10
 etiam ad ipsum Concilium non conveniunt
 omnes Catholici, sed personæ præcipuæ, puta
 Episcopi & alii prælati ecclesiastici, qui præsent
 magnis locis, ut magni Abbates, habentes di-
 gnitatem quasi episcopalem, per hoc quod elegã-
 ter dicit Innoc. de major. & obedient. cap. fin.
 in rebus & negociis Universitatum requirun-
 tur Rectores, vel pars idoneior. C. de jura. ca-
 lum. l. 2. §. sin autem. ff. de condi. & demon. l.
 municipibus. & ext. de procur. c. fin. Sed in hoc 20
 non oportet instare, quia periti canonũ com-
 muniter in hoc conveniunt. Secundo quæri-
 tur: præsupposito, quod ad Concilium spectet
 tale iudicium,

Quis habebit congregare Concilium? Re-
 spondeo quod olim Imperator congregabat
 Concilium. Sic congregavit Constantinus, ut
 legitur 16. dist. c. habeo librũ. Item Justinianus
 cõgregavit sextam Synodum. e. d. ibi, exequens

4 DE SCHISMATE INNOCENT. VII.

te &c. Item synodus Nicena facta est mediante
Constantino. 15. dist. c. sancta. & ibi legitur de
multis aliis Conciliis, quæ facta sunt mediantibus
Imperatoribus, & alibi legitur q̄ Constantinus
prælederit in Concilio Niceno II. q. 1. c.
Continua. Item Carolus Imperator constituit
Concilium cum Adriano 63. dist. c. Adrianus.
& de pluribus aliis Imperatoribus legitur, quòd
Concilia congregarint. Postea constitutum est,
10 quòd ad solum Romanum pontificem spectet
talis congregatio 2. q. 7. c. Ideò 17. dist. c. 1. & c.
Concilia. §. hinc etiã. Et hoc quando est unus
Papa, sic loquuntur illa jura. Quando autem
sunt plures qui contendunt de Papatu, sicut
nunc ipsi contendunt, debent congregare Cõ-
cilium ad sollicitudinem Imperatoris, dicto §.
hinc. Interest enim ipsi⁹ Imperatoris, ut sit pax
in Romana civitate, ut ibi. & sic fortius inter-
est, quòd sit pax in toto orbe: in quo esse non
20 potest stante in contentione Papatu, quia ut in
Evangelio dicitur: Omne regnũ in se divisum
desolabitur. Et quòd ad Imperatorẽ spectet ta-
lis sollicitatio, est, quia est advocatus & defen-
sor Ecclesiæ. Vel dicendum est, quòd ipsi qui
de Papatu contendunt debent congregare, ita
tamẽ si sint in possessione obediẽtiæ, ita quòd
gerant se pro summis pontificibus, & ita etiam
habeantur à Catholicis, quisquis ab ea parte
quæ sibi favet, quo casu tenentur congregare
suas

ET BENEDICTI PONTIFIC.

suas obediētias ad eundem locum, & ambæ sic congregatæ sunt Concilium, & secundum hoc debet intelligi §. hinc. præalleg. in eo quòd ibi Symmachus, qui, ut prædixi, cum Laurētio de Papatu contendebat, congregavit synodum. q̄ intelligendum est, quòd Symmachus erat in possessione Papatus, quoad ampliorē partem Catholicorū. Si autem nō essent in possessione obediētiæ, vel si nollent congregare, quis habeat cōgregare, dicetur in sequenti quæstione. 10

Tertiò, quæro, si contingat quòd duo electi sint in possessione Papatus, vel quòd ipsi quavis sint in possessione, & cōgregare possint Cōcilium, ut in proxima quæstione, tamen nolint; quis congregabit? Respondeo, quòd collegiū Cardinalium. quia cum sit in possessione eligendi Papā, de elec. c. ubi periculum. lib. 6. p̄ consequens ad eos spectant omnia quæ sunt ad electionem consequentia, de elec. c. cupientes. §. ad hęc. & §. Si verò lib. 6. Ad hoc 65. dist. c. fin. 20 & quod ibi notatur in glos. Item in iis quæ concernūt electionem Papæ, collegium Cardinalium representat universalem ecclesiā, & ejus vice funguntur, ut infra in 8. quæst. Nam hoc casu non subest remediū, ut deputetur Visitator ecclesiæ vacanti, quo casu ipse Visitator talem convocationem faceret, quemadmodum deputatur ecclesiæ Metropolitanæ; & si vocādi sunt comprovinciales Episcopi, ipse Visitator

convocat, ut notat Archid. 7. q. 1. c. Pontifices,
 & facit 61. dist. c. obitū. & c. fin. de elec. c. is cui.
 li. 6. Nam respectu ecclesiæ Romanæ, non est
 qui talē deputet. Et sic remanet penes Collegiū
 talis potestas. Si tamē videretur utile Collegio,
 deputare Vicarium seu administratorem sede
 vacante, ut facilius expedirentur ea quæ immi-
 nent p̄ electione unius summi Pontificis, hoc
 possent. per ea quæ dicuntur infra ea. q. quia pos-
 10 sunt omnia præparatoria, seu consequentia ad
 electionē, nec in hoc resistunt juri: non enim
 potest limitari collegium Cardinaliū, sicut li-
 mitantur inferiora Collegia, quib⁹ hoc prohi-
 betur. de supplen. negl. præl. c. fin. li. 6. & hoc,
 quia collegium Cardinaliū non habet superi-
 orem ad quem recurratur, ut in dicto c. fin. Sed
 oppone ad superius dicta de cōvocatione Con-
 cili. videtur enim obstare Clement. ne Roma-
 ni. de elect. ubi irritatur q̄cquid facit collegiū
 20 Cardinalium, de iis quæ spectāt ad Papam dum
 vivit. Convocatio autem generalis Concilii ad
 solum Papā pertinet, ut supra in proximo du-
 bio. Ad quod respondeo, quod cum illud c. ex-
 cipiatur ea quæ permittuntur Collegio in præ-
 alleg. c. ubi. §. idem. standū est illi §. ibi enim p̄-
 hibentur Cardinalibus, non ea quæ contingūt
 electionē, sed alia extrinseca: præcipitur enim,
 ut de alio negotio se non intromittant, nisi in
 casibus, de quibus ibi: & hoc, ut vacent accele-
 ran-

randæ provisioni. Cum ergo convocatio generalis Concilii sit hoc casu necessaria, ut veniatur ad habendum unum summum Pontificem, merito ad collegium Cardinaliū pertinet, tanquam quid annexum & accessorium provisioni. nec dicitur prohibita, imò permissa in dicto c. ne Romani. hæc enim sunt de iis, quæ melius expediuntur sede vacante, vel quasi vacante, quam non vacante, ut in simili notat Inno. ne. se. va. c. r. Si autem contigat, quòd collegium Cardinaliū sit divisum, & non concordat in tali convocatione, vel ex quacunq; causa non faciat talem cōvocationē; ad quem tunc spectet, dicitur in sequenti quæstione.

Quartò, quæro, si eveniat, quòd collegium Cardinalium sit divisum, & non concordat in convocando Concilium, vel ex quacunq; causa non convocet, ad quem spectabit talis convocatio? Respondeo, quòd ad Imperatorem. casus videtur. 65. dist. c. fin. ubi negligente illo, ad quem devolvitur congregatio vicinorum Episcoporum, p ordinandis Episcopis locorū, proprii populi convocant convicinos Episcopos. Proprie autem Imperator repræsentat totum populum Christianum, cum in eum trās-lata sit jurisdictio & potestas universi orbis. ff. de orig. jur. l. 2. §. novissime. C. de veteri jure enucleando. l. 1. §. Cum enim. loco ipsorū ergo populorum habet congregare Cōcilium. & sic

8 DE SCHISMATE INNOCEN. VII.

ω revolabit ad α. quia extremitas retrahitur ad principium. 35. dist. c. ab exordio. ut enim dixi in secunda questione, convocatio conciliorū ab initio fiebat per Imperatorē, sed postea reservata est Papæ. deficiente igitur ipso Papa, seu non convocante, deficientibusq; iis qui succedunt loco Papæ, scilicet Cardinalibus, seu non convocantibus, revertimur ad jus pristinum. Sic dicimus in simili, quòd cum quis non potest consequi iustitiam à superiore, licitum est sibi suâ authoritate sua recuperare, ut eleganter notatur prima dist. c. Jus gentium. in glo. & per Innocen. de restitut. spol. c. olim. 1. & p hoc etiam dicimus de milite Vasallo, cui licet in defectum iustitiæ sibi consulere & dominum deprecari. & hoc evenit, quia in defectu Magistratus revertimur ad jus pristinū ante constitutos Magistratus, quo tempore cuiq; licebat jus sibi dicere. Confirmatur hoc, quia congregatio Concilii de sui natura fit, ut ibi agatur de iis, quæ spectant ad fidem Catholicam: ut si qui Christiani ex Catholicis errarent in fide, per Conciliū corrigantur, & in eodē Concilio statuatur quid tenendum sit. Sic in Nicena Synodo damnatus est Arrius. In secunda Constantinopolitana Macedonius. In tertia Ephesina Nestorius. In quarta Chalcedonensi Eutyche-tes. hæc leguntur 15. dist. c. 2. Fuerunt autem prædicti damnati de variis erroribus in fide, ut
ibidem

ibidem legitur. Sed cum agitur de fide, Imperator potest interesse Concilio: non ad potentiã ostendendam, sed ad fidem confirmandam, ut dist. 96. c. Nos ad fidem. & interest suo jure, nõ ex gratia Cõcilii, per id q̄ ibi dicitur in litera, in eo quod Imperator dicit, interesse volumus. Nec mirũ, quia in tantum est Imperatoris fidẽ defendere, quòd si Papa est de heresi suspectus, potest ab eo exigere ut indicet, quid sentiat de fide. 25. q. 1. c. fatagendum. juncto eo quod ibi 10 notant Laurentius & Archid. in verbo, significavimus. Ex his infertur, quòd Imperator est pars Cõcilii. Cum ergo defuit Papa vel Cardinales, qui subrogantur Papæ in congregatione Concilii, ut dictum est in præcedenti quæstione, ad ipsum Imperatorẽ, qui pars post prædictos est præcipua, Concilii spectat congregatio. per hoc quod notat Innocent. de major. & obed. cap. 1. ubi dicit, quòd q̄ majoris est dignitatis in ecclesia, vel si non est ibi dignitas, ille 20 qui majoris est ordinis, vel si sunt æqualis ordinis, ille qui prius est ordinatus, debet nominare, vel eligere, vel vocare capitulum, eo casu quo deficit is, ad quem de jure vel cõsuetudine spectat convocatio. Ad hoc, ff. de instru. l. si. & 17. dist. c. fin. quæ jur. alle. ibi Inno. & faciunt eò quia dicunt servandum esse ordinem in prælationibus, id est, in honorib. Nec quempiã moveat, quòd Imperator est Laicus, ut ex hoc

putet inconveniēs, quòd se intromittat de Clericis, non enim semper prohibetur judicare de Clericis: sed tunc prohibetur, quando nō subest ratio specialis. Nam propter specialem rationem permittitur, ut ratione feudi. de for. compe. c. veram. de ap. c. Romana §. debet. lib. 6. Cum eo q̄ ibi notatur in glos. Hoc autem casu subest ratio specialis, imò specialissima, ne fides Catholica ruat: quod nimium periclitatur diu
 10 permittendo pluralitatem in summo pontificatu, in quo maximè est Imperatoris, & præcipuam potestatem habet, ut supra ead. q. Nam permittere plures in Papatu, est offendere illū fidei articulum, Unam sanctā Catholicam, &c. ut notatur 7. q. 1. c. nō autem. quod etiam dixi supra, & probatur 24. q. 1. c. loquitur. & specialiter cum agitur de Papatu, concessa est potestas laico Principi super Clericos, ut in observatione conclavis, de elec. c. ubi. §. 1. lib. 6. & in Clemen. c. Ne Romani. §. Porro. ubi etiā permittitur Principi laico, ut compellat Cardinales ingredi conclave. Et quanq̄ expositores non aperiant ibi, quomodo possint cogi ad ingrediendum conclave: Ego tamē in secunda questione dixi, quod sicut, postquam sunt in conclavi, compelluntur indirecte expedire electionem, ut in c. ubi. §. verum. ubi coguntur per subtractionem victualium: ita etiam possunt cogi, ut ingrediātur ab initio; vel si omnes sunt egressi,

egressi, ut reingrediantur. ut nō sit melior cō-
ditio Cardinalium non parentium, quàm non
se offerentiū ad ingrediēdum conclave, ar. de.
postu. c. 1. nam permissio consequēti, permitti-
tur antecedens, de offic. deleg. cap. 1. & capit.
præterea. & cōpelluntur indirecte modo præ-
dicto. & per hoc tollitur q̄ posset opponi de. e.
c. ubi §. 1. Ad prædicta est, quia si persisteremus
in eo quod nonnulli putant, ut indistinct edic-
ceremus nullo casu licere alicui congregare 10
Cōcilium generale, nisi Papæ, posset fides mul-
tum periclitari. finge sicut aliquando accidit,
quod Papa esset hæreticus, quo casu certe ad
Concilium spectat judicare. 17. dist. §. hinc et-
jam. 2. quæst. 7. §. Item Symmachus al. sub. §.
Item cum Balaam. & notat Archid. titul. de
her. cap. in fidei. lib. 6. si Papa non vellet con-
gregare Concilium, fugiens iudicium de se
fieri, ut facile contingere potest, staret ecclesia
sub hæretico cum maximo periculo fidei Ca- 20
tholicæ, tunc ergo dicendum est per præmissa,
quod Papa requiretur congregare Concilium.
& ad hoc tunc sollicitabit Imperator, ar. dicti
§. hinc etiam. & si hoc non fecerit, Cardinales
congregabunt, vel Imperator modo prædi-
cto: ne per indirectum impediatur tale judi-
cium, quod directe non potest Papa impedi-
re, puta statuendo, quod non possit accusari de
hæresi, quia p̄ hoc periclitaretur tota ecclesia,

ut notat glos. quam non inveni alibi. 40. dist. c.
 Si papa. Non debet ergo licere indirectè, quod
 directè prohibetur. ar. de procur. c. tuę. Esset e-
 nim maximum absurdum, si diceretur hoc ca-
 su Deum dimisisse ecclesiã sine regimine, ut in
 simili dicit Innocen. de re judi. c. ad Apostolic.
 ad fin. lib. 6. Nam hoc casu Catholici, si sub he-
 retici regimine diu permetteretur, contingere
 posset, quòd ipse crearet suos cõplices Cardi-
 10 nales, & illi postea de se ipsis crearent Papam
 hæreticum, & sic cõtingeret, quòd scriptũ est;
 quoniam qualis rector domus, tales & habitã-
 tes in ea. Nam id quod dogmatissat princeps,
 facilè amplectuntur subditi. II. q. 3. c. præcipue.
 & de voto. c. magnæ. Posset ergo, nisi Deus ali-
 ter succurreret, tota ecclesia perduci ad erro-
 rem, quod tamen non esset fatendum, cum ec-
 clesia non esset nulla 24. q. 1. c. à recta. & c. pu-
 dēda. Oravit enim redemptor noster pro eccle-
 20 sia, ne fides ejus deficiat. 21. dist. c. 1. Et ipse re-
 demtor volũtate labiorum suorum non frau-
 dabitur, ut dicit glos. notabilis in c. à recta. præ-
 alle. Non est autem alius magis idoneus Dei
 minister ad obviandum, ne hoc accidat, quàm
 Imperator, qui advocatus est, & defensor eccle-
 siæ, ut supra in secundo dubio. Malè verò pa-
 trocinaretur, permittendo quantum in se est,
 ecclesiam labi in hæresim. & quanquam for-
 tasse non habeant Clerici gratum, quòd Impe-
 rator

rator in his se intromittat: Credendum tamen est, quòd boni Clerici & fideles laici hoc haberent acceptum, videntes quòd Papa & collegiũ Cardinalium negligerēt, vel non facerent cõvocationem, nulla tamen moti causa rationali : quæ etiam causa non congregandi non posset longo tempore subesse, etiam si non contingant errores præmissi. Item etiam fieri posset convocatio per alios, quam per ipsum Imperatorem, ut in sequenti quæstione. Quid autem si Imperatore convocante Concilium, cõtendentes de Papatu uterq; vel alter, prohibeat prælatos sibi obediētes accedere? dicam infrà quæst. 7.

Quintò, quæro de eo quod dixi supra quæstione proxima, quòd etiam alii quàm collegium Cardinalium, vel Imperator, Papa nolente, convocare Concilium possint, qui sint illi? Respondeo, quòd duæ partes ipsius Collegii. Nam ut notabiliter dicit Inno. de no. op. nũc. 2. c. 2. Si duæ partes Collegii quomodocunque cõveniant, ipsi possunt vocare alios, qui commodè possunt vocari. Et si non veniunt, ipsi procedunt ad faciendum quod instat. Hæc tamen via videtur habere multam difficultatem in hoc, quòd duæ partes conveniant, tamē posset esse modus, quòd Imperator vocaret prælatos generaliter pro reformatione multorum sibi incumbentium, quod potest: & tenentur

prælati parere; ut notat Inno. de appel. c. cum parati. Et sic posset esse, quòd convenirent duæ partes, quæ vocarent tertiam. Hoc tamen casu posset contingere perplexitas, si contendentes de Papatu prohiberent prælatos accedere; per ea quæ notat idem Innoc. in e. tit. ad quod dicendum, ut in sequenti quæstione. Videtur etiam posse dici, quod negligente utroq; Pontifice, & collegio Cardinalium, & aliis modis, de quibus præmissi, non habentibus locum propter impedimenta, poterunt prælati majores unus vel plures facere convocationem Concilii, per id quod notat Inno. de ma. & obed. c. 1. quod dixi supra quæstione proxima.

Sextò, quæro circa ea quæ dixi in tribus proximis quæstionibus, si contingat, quod facta congregatione Concilii, per Collegium Cardinalium, vel per Imperatorè, vel per duas partes Collegii, contendentes de Papatu, uterq; vel alter prohibeant prælatos sibi obediens accedere? Respondeo quod non tenentur parere. Nam ut eleganter dicit Inno. de sen. exc. inquisitioni, præcepto Papæ non est obediendum, quando ex hoc vehementer præsumitur statum ecclesiæ perturbari, vel alia mala esse ventura: peccaret enim obediens, cum debeat futura mala præcavere. Item tale præceptum perturbat universam ecclesiam impediendo ejus unitatem sub uno sponso, ut supra in quarta quæstione.

itione. ergo non est servandum ut 25. q. 1. c. que
 ad perpetuam. in tex. & in glos. 1. quia ut ibi
 colligitur, & notatur, Papa non potest immu-
 tare statum ecclesie vel impedire, que ad perpe-
 tuam utilitatem ordinata sunt. ad idem ea. q. c.
 sunt quidam, ubi dicitur, quod si Papa vult de-
 struere id quod Apostoli docuerunt, convinci-
 tur errare. debet enim Papa omnes conat⁹ im-
 pendere, ne universalis ecclesie salus infestetur
 24. q. c. memor. Constat autem quod consilia 10
 ordinata sunt ad conservationem fidei Catholi-
 ce. Unde etiam Apostoli dicuntur fecisse conci-
 lia, in quibus canones instituerunt, de quib. 16.
 dist. c. placuit. Et quanta sit utilitas Conciliorum
 non expedit rationibus ostendere, cum ipso fa-
 cto notum sit. Nam si radicem omnium incon-
 venientium & malorum, que ex multis parti-
 bus passa est ecclesia, consideremus, tota surrexit
 ab omissione Conciliorum: que si congregata
 fuissent, ut quondam fiebat, absque dubio cre- 20
 dendum est, quod provisum fuisset & contra
 mala & schismata instantia, & futura, nec aliud
 remedium citra Dei manum ad schisma instans
 tollendum, & ad ecclesie informationem video.
 Hec autem que superius scripsi, subjicio iudicio
 melius sentientium: in quibus siquidem erra-
 tum est, suppleant & emendent: cogitantes quod
 uniuscujusque interest vigilare super iis, per

quæ fides Catholica conservetur. quo zelo ductus, & nullo extrinseco præmio, ut scitis cui hoc scripsi, tentavi rem hanc licet arduam & per alios intentatam.

Secundus modus est, ut contendentes de Papatu, s. dominus noster quem dicimus Inno. septimum, & alius quem alii dicunt Benedictum, committât aliquibus in numero, prout eis visum fuit, potestatem discutiendi de jure,
 10 uter istorum, vel neuter sit verus Papa, & super hoc pronunciandi: cum hoc, quòd protinus cum pronunciaverint, stet sententiæ absque alia contradictione. Ubi videndum, an talis commissio fieri possit; cum videatur fieri præjudicium Cardinalib⁹, ad quos spectat electio. de elect. c. licet. Cum ergo Papa non possit sibi facere successorem. 8. q. 1. c. 1. & 2. non videtur quòd contendentes possent committere potestatem pronunciandi super Papatu, nam
 20 contingere posset, quòd pronunciaretur pro eo qui non erat Papa, & sic ex tali commissione videretur dari indirectè potestas creandi Papæ; quod tamen directè non liceret. Et magis hîc urgeret, si ponatur quòd neuter istorum sit Papa verus: quod esse posset, præsupponendo quòd electio Urbani Sexti non tenuisset, & similiter præsupponendo, quòd Cardinales non bene processerint in eligendo illum quem dixerunt Clementem. ut dicunt plurimi, asse-
 ren-

rentes, quòd etiam si electio Urbani Sexti non tenebat, vel erat cassanda, propter impressionem & metum: tamen ex quo fuit in possessione Papatus, non potuerunt Cardinales se subtrahere ab obedientia & alium eligere, sed debebāt prius facere de hoc discuti per Concilium, & ideo secundum istos ante omnia deberet restitui quasi possessio obedientiæ illi, qui successit Urbano sexto, super quo ad præsens disputare non oportet. sed his non obstantibus, videtur quòd præmissa commissio fieri possit. Nam Papa potest cedere Papatu, de renunciatione c. 1. lib. 6. Potest ergo uterque istorum, cùm Papa per suam obedientiam reputetur, committere potestatem pronuncian-
 di super titulo Papatus. Nam ex quo uterque præsupponitur habere jurisdictionem, potest super hoc dare delegatū, cū etiam possit quod est fortius, liberè & sine causa dimittere Papatum, dicto c. 1. Ad id quod dicitur de Cardinalibus, dic quòd non agitur de ipsorum præ-
 judicio, ex quo sedes non vacat, saltem appa-
 rēter, per id quod notat Joannes Mon. de hæretic. c. super eo. lib. 6. & quia non est verisimile, quòd contradicant tanto bono, quantū est quòd uniatur ecclesia Rom.

Tertius modus est, quòd per utrumq; cōtendentem fiat commissio, aliquibus tanquam compromissariis de jure tantū, vel de facto

tantū, vel de jure & de facto simul. Ubi quæ-
 ro, an hoc fieri possit? Respondeo ut sequitur.
 Et quantū ad compromissum de jure, constat
 quòd fieri possit super matrimonio spirituali,
 de elec. c. Cū inter canones, de arb. c. ex parte.
 Cōpromissio autē de facto, dubia est, quia sup
 tit. beneficii non potest transigi, de transac. c.
 super eo. Tamen cōtra dicitur, quòd tituli be-
 neficiorum sint de jure positivo, unde talia di-
 10 cuntur Simoniaca, quia prohibita, ut notatur
 1. q. 3. c. salvator. de offi. deleg. c. ex parte. de pa-
 ctis. c. cum pridem. & de jure juran. c. & si Chri-
 stus. in glos. In his autem quæ sunt de jure po-
 sitivo, Papa non ligatur. de concess. preben. c.
 proposuit. Et sic possunt isti qui habentur pro
 Pontificibus, non obstante dispositione juris
 positivi, compromittere etiam de facto super
 Papatu. Et si dicatur quòd potestas Papæ est de
 jure divino, & non de jure positivo, de transla.
 20 c. 1. 2. 3. & fin. dic quòd hunc esse Papam vel illū
 non est de jure divino. Unde non est illicitum
 quòd interveniat transactio, dum tamen non
 illicita, ut pro sedando schismate alter istorum
 remaneat in Papatu, & alteri aliter consulatur,
 prout visum fuerit compromissariis. De hoc
 tamen compromisso intelligendum est, quòd
 fiat consentiente utroque collegio Cardinali-
 um, cum ad eos spectet eligere Papam, &c.

Quartus modus est, quòd uterque cedat, &
 eliga-

eligatur iterum alter eorum, vel eligatur alius tertius per utrumque collegium Cardinalium. & hic modus esset promptissimus ad sedandum Schisma: ubi quæro, an de jure hoc fieri possit? Respondeo ut sequitur. Et primò, quantum ad cessionem, constat quòd possunt cedere, ut supra in secundo modo. Sed quantum ad electionem de novo faciendam, forte dicet collegium, quod est cum Innocentio, quòd solum ad ipsum spectet electio, quia 10 Urbanus fuit in possessione Papatus. Unde ab eo nò potuerunt discedere Cardinales, & ipse tanquam existens in possessione Papatus, potuit alios creare, & illi habent jus collegii. Ad quod respondeo, quòd in dubio ex quo uterq; haberetur Papa, utrumque collegium habet jus in electione. & maximè ad hoc facit, quia in tali casu non admittuntur tales exceptiones contra Cardinales; ad excludendum eos ab electione. de elect. c. Ne Romani. in Clement. 20 & exprimitur ibi ratio, ne inter Cardinales essent dissensiones & schismata, & hoc procedit de cessione voluntaria. De necessaria verò dicendum est, ut in sequenti dubio.

Quintus modus est, ut si videatur quòd nò sit alius modus æque bonus ad sedandù schisma, nisi quòd cedatur, & alter vel uterque resistat, nec velit cedere: ut fiat compulsio, & cogatur

20 DE SCHISMATE INNOCEN. VII.
cedere. Ubi quæro, an hoc liceat? Respondeo
sic. nam quando aliter non potest esse tuta sa-
lus ecclesiæ, & immineat periculum destructi-
onis ecclesiæ, vel magni scandali & periculosi,
Prælatus etiam nolens, cogitur cedere. Ita no-
tat Inno. de renun. c. nisi. §. propter malitiam.
ad idem est quod notatur 7. q. 1. c. scias. in glos.
& c. epis. de loco. in glos. fin. & utrobique per
Archidiac. & per eundem. § 8. dist. c. 1. & per
10 Osti. de rerum permu. cap. Quæsitū. Et quan-
quam in præalleg. juribus non habeatur speci-
ficè de Papa, tamen idem & fortius in eo dicen-
dum est, cum scandalum quod imminet ex per-
sona ejus, sit periculosius quam in alio præla-
to: quia concernit totam Ecclesiam, & publicā
utilitatem omnium Christianorum, quæ de-
bet præferri privato commodo, unius vel duo-
rum incumbentium Papatui, cum schismate &
scandalo. 7. q. 1. c. mutationes. & c. scias. & c. le-
20 quenti. in quibus attenditur, in talibus muta-
tionibus, causa necessitatis & utilitatis publicæ,
non propria voluntas aut dominatio alicujus.
Sed contra est quòd notat Inno. in c. licet. de
electione. in verbo, noluerunt. ubi dicit, quòd
nemo cogitur renunciare alicui rei, in qua cre-
dit se jus habere: & quòd nemini facit injuriā,
qui suum jus prosequitur. ad quod dic, quòd
quis non cogitur renunciare simpliciter, id est,
sine causa, sed ex causa sic, ut in juribus præalle.
Item

Item aliud est cogi, ut dimittat unum benefi-
 cium simpliciter, & aliud est cogi ut accipiat
 aliud. hoc enim facilius dimittere debet. Et sic
 faciendum est eo casu, quo Prælatus ex causa
 necessitatis vel utilitatis cogitur cedere. Nam
 tunc, ut dicit Inno. in dictos. propter malitiã.
 dabitur ei bonum Cambium. Sic enim & hoc
 casu istis providendum est, unde honestum
 possunt statum sustinere. ar. hujus dicti Inno.
 Sed circa hoc quæro, quis est superior qui pos- 10
 sit compellere, cum Papa non habeat superio-
 rem? Ad quod respondeo, quòd Concilium,
 per ea quæ dixi supra in primo modo, vel si
 subesset difficultas in congregatione Concilii,
 potest dici quòd hoc faciat collegium Cardi-
 nalium, vel etiam Imperator, per ea quæ dixi
 supra in primo modo, & tertio, & quarto. Et
 facit ad prædicta, quia quando isti Pontifices
 persistant & nolint cedere, & sic pro sua volũ-
 tate impediunt unionem Ecclesiæ, ex hoc cen- 20
 sebuntur esse in notorio crimine schismatis.
 ar. 7. q. 1. c. factus. cum duobus sequentibus.
 Schisma verò inducit hæresim, quia Schismaticus
 intendit sibi constituere propriam Eccle-
 siam, & universalem impugnare, quæ tamen u-
 na est. 24. q. 1. c. loquitur. de hæresi autem Pa-
 pæ, judicat Concilium, ut supra in primo mo-
 do, in primo quæsito. Item de quolibet noto-
 rio crimine Papa etiam, qui est unicus, si est in-

corrigibilis & scandalizatur Ecclesia, potest accusari, quia censetur pro hæretico. notatur in glos. 40. dist. c. Si Papa. nam hæc incorrigibilitas concernit causam fidei, ut in eadem glo. & ad hoc de pœnis. ca. fin. & de hæreticis. c. cū contumacia. lib. 6. & si contingat, quòd isti tunc eantur se ad potentiam temporalem, poterunt de facto coerceri etiam per secularem potestatem. ar. de jud. c. cum non ab homine.

- 10 Sextus modus est, quòd uterq; horum Pontificū cum suo collegio decernat, quòd se moriente, vel cedente, non possint Cardinales ad electionē alterius procedere: & si fiat, quòd electio sit nulla, sed teneantur adhærere superstiti, & eum habere pro Papa, vel expectare donec etiam moriatur, vel cedat. & tunc utrumque collegium conveniat Romę, vel in loco vicino, si ibi esse non poterunt, ad eligendum alium. Ubi quæro, an hoc liceat? Ad quod respondendo, ut sequitur. & dico, quòd quanquam iste modus non tollat schisma incontinenti, satis tamen est quòd saltem tollit aliquando, & eo citius, quòd uterque istorum est senex. Et si dubitetur, an alter istorum cum suo collegio possit decernere, quòd non valeat electio facta per collegium suum, dic quòd non est de hoc dubitandum, cū Papa possit statuere de electione successoris. 24. dist. c. In nomine domini. de elec. c. licet. & eo. tit. cap. ubi periculum. lib. 6.

lib. 6. & in Cle. c. ne Romani. eo. tit. Et si quæ-
 rat, mortuo altero istorū, quis reget suā obed.
 quousq; alter etiā decedat, vel cedat. Respon-
 deo q̄ ordinari potest primus Cardinalis istius
 Collegii, vel ipsum totum Collegium admini-
 stret in iis, quæ non possunt cōmodè reservari
 in tempus successoris. Item si opponatur de eo
 quòd contingere posset, q̄ Cardinales unius
 Collegii essent plures quàm alterius, & sic age-
 retur in electione de præjudicio paucorū: re-10
 spondeo quòd hoc præjudiciū non est curan-
 dum per eos, sed solū quòd bene provideatur
 Ecclesiæ. Item posset ordinari, quòd electio fi-
 eret ad quotas, & in hoc non oportet instare:
 quia non est tanta difficultas in hoc, quoniam
 multis modis posset provideri. Utilis autem es-
 set observatio istiusmodi, q̄ ante omnia tol-
 lerentur omnes processus hinc inde, & quòd
 liceret invicem tutè communicare. Et si dica-
 tur, quòd hoc sit dare materiam, ut duo videat-20
 ur esse simul summi pontifices, cōtra id quod
 notatur 7. q. 1. c. nō autem. in glos. sicut ergo. in
 eo q̄ dicit idcō nō posse duos esse Pontifices,
 q̄ offenderetur ille articulus, Unam sanctam
 Catholicā, &c. Respondeo, quòd nō datur talis
 materia, quia per hoc nō approbantur isti duo,
 tanq̄ sint duo summi Pontifices, sed uterque
 admittitur in administratione tantūm. Posset
 etiam ad abundātem cautelam ordinari, quòd

14 DE SGHISMATE INMOCENT. VII.

alter alteri commiteret vices suas, quòd uterq;
administret in sua administratione, & suo jure
& jure commissionis sibi factæ, quatenus expe-
diat, pro hoc est quòd notat Inno. de præscript.
c. cum ex officii. Postquam hoc scripseram, au-
divi conferre, an per sortes posset hoc dirimi?
& posset instari per ea quæ dixi in tertio modo
& ita etiam iste septimus modus posset defen-
di. Alium & octavum modum attulit casus, qui
10 noviter evenit, ut subtrahatur utriq; obedi-
tia. ubi quæro an hoc licet? Ad hoc posset in-
stari, cum dictum sit supra in quinto modo,
quòd possunt in totum cogi ad cedendû, quòd
fortius liceat, quod minus est, scilicet, obedi-
tiam subtrahere. Ita tamen quòd in se recipi-
ant illam ad quos principaliter pertinet, scili-
cet collegium Cardinalium. ubi consideran-
dum, quòd in his quæ concernunt electionem
Papæ, collegium Cardinalium repræsentat u-
20 niversalem ecclesiam, & ejus vice fungitur. 79.
dist. c. Nullus. 2. loco. in glos. Sicut ergo uni-
versalis Ecclesia, id est, Concilium, habet hoc
casu judicare, ut supra eo. tracta. q. i. Ita etiam
collegium Cardinalium, donec congregetur
Concilium, habet providere super iis, per quæ
facilius perveniatur ad Concilii congregatio-
nem: & per consequens ad uniendam Ecclesi-
am. & sic volentes quòd concilium congrege-
tur, & videntes quòd contendentes persistunt,
nec

nec volunt cedere, nec Concilium cum effectu congregare, nec aliter providere unde sequatur unio, possunt ab eis discedere, quia si Cardinales starent sub obedientia diversa, non possent invicem facile, imò fortè nullo modo convenire. Item prælati convocati ad concilium non auderent venire manente obedientia, licet, ut dixi supra in primo modo, non deberent in hoc timere, quòd pauci sunt fortes & expediti. Et pro hac subtractione quæ noviter facta 10 est, inducunt aliqui, quia cum præsens Schisma sit inveteratum, per triginta annos & ultra, cõsetur hæresis. & sic dum contendentes cum effectu non tollunt schisma, sed potius fovent, hæretici sunt. ab hæreticis autem & schismaticis, & ab unitate Ecclesiæ præcisus, debemus recedere, nec eis communicare. 24. q. 1. c. advocavit. & c. omnis. ubi ponitur exemplum de Joanne Evangelista, qui cum ingressus esset balneum, videns Cherinthum inimicum ve-20 ritatis, id est, hæreticum & schismaticum, continuo discessit non lotus, dicens, fugiamus hinc & c. Ad idem e. q. c. quoniam vetus. & c. qui dignior. & pluribus sequentibus. Et ext. de schisma. c. 1. Nec oportet hoc casu expectare quod per sententiam damnetur. 19. dist. c. Anastasius, & quod ibi notatur in glos. prima. & plenius in dicto c. 1. Dubium tamen restat per id quod notatur 24. q. 1. c. didicimus. in glos. 2.

26 DE SCHISMATE INNOCENT. VII.

ad quam glos. responde, quòd loquatur de re-
centi. Secus in schismate antiquo, quod transit
in heresim. Et dic quòd ideò aliud in recenti,
quia adhuc non propriè dicitur esse schisma:
quia talis nòdum potest dici pertinaciter per-
sistere. 24. q. 3. inter schisma. postquam enim
persistit tunc, dicitur schismaticus & hæreticus.
dicto c. in text. & in glos. De hoc per Thomam
secunda secundæ. quæst. 40. argumen. primo.
10 Et dicitur persistēs is, qui non est paratus cor-
rigi & desistere. de summa Trinitate. ca. 2. ad
fin. & in Clement. unica. §. Porro. in verbo,
pertinaciter. & ff. de suspic. tutor. l. 3. §. tuto-
res. Non solum ergo contendentes hodierni
sunt inexcusabiles, sed & primi quando hoc
schisma incepit fuissent, si persistentes non de-
dissent omnem operam, ut tolleretur schisma.
ad hoc. 24. q. 1. c. Schisma. & duobus sequenti-
bus. & tunc isti dicuntur Schismatici, seu nutri-
20 tores Schismatis, & per consequens hæretici:
non ex eo quòd acceptarunt electionem de se
factam, & gesserunt se pro Pontificibus, cum
putaverint electionem esse canonicam; sed ex
eo quòd in Papatu persistentes, nec facientes
ea per quæ reintegretur Ecclesia, tenent quan-
tum in eis est Ecclesiam in schismate per hoc.
Quia non interest multum an Petrus vel Jo-
annes sit Papa, sed plurimū quòd unus sit Papa
cū una sit Ecclesia, quæ in plura dividi non
po-

potest. dicto c. Schisma. ad fin. unde debent dare operam, ut habeatur unicus pastor. arg. 79. dist. c. Si duo. Et si nulla jura de hoc reperiuntur, quilibet tamen sanæ mentis hoc diceret, quòd duobus existentibus in administratione Papatus, nec curantibus cum effectu, quod perveniantur ad unionem, licitum est Catholicis ab eis tantquam deviantibus à lege Dei, & à via recta, discedere, & omni cura pro unione Ecclesie laborare, ne ex inveterato schismate contingat Ecclesiam periclitari, quia non potest dici Ecclesia in qua schisma est. 24. q. 1. c. pudenda. ad fi. & licet non possit Ecclesia extinguì, ut ibi: tamen manifestè constat, quod ex hoc Schismate gravissimè laborat. unde deberent contendentes magis de publica salute, quàm de sua praelatione solliciti esse. arg. de renun. c. nisi. §. pergravi. Itè eo ipso quòd major pars Catholicorum ab obedientia contendentium recessit, censendum est quòd rectè: quia ut proximè dixi, ecclesia non potest extinguì, & sic etiam non potest errare. 24. q. 1. c. à recta. & dicitur Ecclesia, fideiū congregatio. de Consec. dist. 1. c. ecclesia, & notatur in glos. in dicto c. à recta. ad hoc supra in primo modo. q. 1. & q. 4. circa finem. Cum ergo major & potior pars catholicorū ab obedientia recessit, sic recessisse dicitur tota ecclesia, quia quicquid major pars universitatis facit, tota universitas fecisse dicitur. ff. ad municipa-

lem. l. quæ major. & de his, quæ fiunt à majori
 par. cap. c. 1. Et in hoc non refert quomodo vē-
 tum sit ad hanc subtractionem, sicut & alibi in
 congregatione universitatis sufficit quòd duæ
 partes convenerint, nec refert quomodo. ut
 notat Inno. de no. op. nunc. c. 2. & est id quod
 dixi supra in prin. quòd debet incipere hæc
 subtractio ab iis ad quos pertinet, ut à Colle-
 gio Cardinalium, & sic attendimus initium, quæ
 10 non licet privatis per seditionem ab obedi-
 entia desistere. Sed attento fine, præcedit quod
 proximè dixi. Nam ex quo major pars univer-
 sitatis Catholicorum sic sentit, cæteri debent
 sic sentire, & opinari quòd à spiritu divino du-
 catur: cum, ut prædixi, Ecclesia tota non possit
 errare, & major pars accipiatur pro tota: unde
 cum discors sententia in conciliis invenitur,
 illius concilii tenetur sententia, cujus potior
 est authoritas. 50. dist. c. Domino sancto. ad
 20 fin. Oppone ad hæc, quia Papæ authoritas vi-
 detur esse supra concilium. 17. dist. c. nec licuit.
 cum multis capit. ibi notatis. non enim conci-
 lia legem ecclesiæ Romanæ præfigunt, sed con-
 cilia per ecclesiæ Romanæ authoritatem facta
 sunt, & robur acceperunt. de electione. c. signi-
 ficasti. facit quod notatur de capell. mo. c. fin.
 Sed hic non disputatur de ecclesia Romana,
 sed de Papa. Aliud autem Papa, aliud sedes A-
 postolica, de rescriptis. c. si gratiose. lib. 6. Nā
 sedes

sedes errare non potest. 24. q. 1. c. quodcunq;
 in glos. si Papa. 19. dist. c. Anastasius. & notatur
 in glos. 24. q. 1. c. à recta, quòd dicitur sedem
 Apostolicam errare non posse, videtur intelli-
 gendum accipiendo sedem pro tota ecclesia,
 id est, congregatione fidelium. dicto c. à Re-
 cta. in glos. Item ad notata in dicto c. fin. de
 cap. mo. dic quòd debent intelligi secundum
 ea quæ dicam infrà eodem contrario, aliàs nõ
 procedunt. Item in casu nostro agitur de fide, ¹⁰
 quæ periclitatur in hoc Schismate, ut supra e.
 arg. Cum autem agitur de fide, synodus est
 major quàm Papa. 19. dist. c. Anastasius. in glos.
 15. dist. c. Sicut sancti. in glos. ultima. Et in eo
 quod dixi, aliud Papam, aliud sedem Apostoli-
 cam, videtur intelligenda sedes Apostolica, p
 ecclesia Romana, quæ non censetur esse solus
 Papa, sed ipse Papa cum Cardinalibus, qui sunt
 partes corporis Papæ, seu ecclesia quæ consti-
 tuitur ex Papa tanquam ex capite, & ex Car- ²⁰
 dinalibus tanquam membris. de pœnis. c. fœli-
 cis. lib. 6. & facit illud. c. maximè. in versiculo,
 quis enim in eo quòd dicit ecclesiam Romanã
 subijci casibus, id est, periculis, cum fit injuria
 alicui Cardinali. & hoc, quòd Cardinales sint
 partes corporis Papæ, tenet etiam Laurent. de
 celebra. missarum. Cle. ult. ibi 2. notabili. Ad
 idem est quod notatur de offi. le. c. penult. in
 glos. fin. ubi dicitur, quòd legati de latere,

DE SCHISMATE INNOCE N. VII.

dicuntur soli Cardinales, quia pars corporis Pa-
pæ intelliguntur. Arg. de sent. excom. c. ad emi-
nentiam. Ubi considerandum, quod licet di-
catur Papa habere plenitudinem potestatis,
non debet tamen sic intelligi, quod possit o-
mnia. Sed intelligitur quod Papa, id est, Ec-
clesia Romana, quæ repræsentatur in Papa,
tanquam in capite, & Cardinalibus, tanquam
in membris, hinc notabiliter dicit Jo. Mo. de
Iohæret. c. super eo. lib. 6. quod cum Celestinus
V. contulerat multas Abbatias & Episcopa-
tus, & superiores dignitates sine concilio fra-
trum & Cardinalium, tales collationes fue-
runt cassatæ. præsertim quia cætus Cardinali-
um est in hac quasi possessione, quod ardua ne-
gotia sint cum eorum consilio tractanda, un-
de in multis juribus dicitur, de fratrum nostros
rum consilio. Et licet Princeps sit solutus le-
gibus, tamen secundum eas vivere decet. C. de
legibus. l. digna vox. ff. de leg. 3. l. ex imperfe-
cto. Inst. quibus mod. test. infir. in fine. 9. dist.
20 c. justum. & omnem indecentiam in Princi-
pe, qui est omnium director, abesse oportet, ut
dicit idem Joan. Mo. in c. nemo potest ad im-
possib. l. 6. & de arbi. c. contingit. ibi, dico no-
tabili tertio. Ad idem est quod dicitur lib. 1.
sententiarum, dist. 42. ubi dicitur Deum omnia
posse, præter ea sola, per quæ dignitas ejus læ-
deretur, ergo nec Papa, cujus potestas divina
est.

ET BENEDICTI PONTIFIC.

31

est. de transla. c. i. & per totum. per hoc infra. q. sequenti. Item quoad præmissa posuit idem Ioan. Mo. additionem, ut refert Joann. an. in dicto c. supra eo. Et in additione illa dixit per Benedictū II. fuisse suspensa statuta, quæ Bonifacius octavus absque fratrum Concilio dederat Marchianis, quia tangebant ardua, licet multa valde justa essent in eis, dicens: quòd defectus in persona faciēris, vel in modo, reddit factum inutile. de const. c. Ecclesia. ff. de rebus eorum. l. magis. §. Si æs alienum. & idem de resti. spo. c. Pisanis. Ex his infertur quod prædixi, scilicet quod id, quod Papam dicitur omnia posse, intelligitur quando facit consilio habito cum fratribus. unde ut dicunt Laur. & Arch. 25. q. i. c. sunt quidam. Papa sine Cardinalibus non potest concedere legē generalem de universali statu Ecclesiæ, quod est notandum. & facit c. quæ ad perpetuā. & quod ²⁰ ibi notatur in glos. prima. Quid ergo erit, si cōtingat in his arduis Papam à Cardinalib. discordare? dic ut in sequenti quæstione. Quæro circa hoc, si inter Papam & Cardinales surgit discordia, sicut nunc evenit, quia Cardinales à contendētibus de Papatu se subtraxerunt, saltem pro majori parte utriusque collegii, & asserunt quod per contententes stat, quo minus tollatur Schisma: dic quod oportet cōgregare Ecclesiam, i. totam congregationem Catholi-

10

20



eorum, & principales ministros fidei, scilicet
 praelatos, qui totam congregationem repræ-
 sentant. Videtur tamen quod ad Concilium
 sint vocandi etiam alii. 35. q. 5. c. ad sedem. post
 princip. ibi convocatis &c. ubi colligitur, quod
 vocandi sunt Episcopi & Clerici & iudices, sic-
 ut ergo tunc factum est, ita & nunc fieri debet.
 & succedit ratio, quia in generali concilio de-
 terminantur dubia juris, ut ibi & de consang.
 10 c. non debet. Ergo debent ibi esse Jurisperiti.
 & est ille text. singularis ad tres casus, in quib.
 etiam laici debent interesse Conciliis: scilicet,
 ubi tractatur causa fidei, vel matrimonii, quia
 tales causæ eos ligant, & notatur per glōf. in c.
 fin. de his quæ fiunt à præl. &c. ubi colligitur
 Regula, quod ubicunq; tractantur causæ quæ
 eos tangunt, quod debeant interesse, quia q̄
 omnes tangit, ab omnibus approbari debet, ut
 est regula, quod omnes, lib. 6. & hæc congrega-
 20 tio appellatur Concilium. sic enim legimus in
 actibus Apostolorum. c. 15. quod cum esset se-
 ditio & discordia, an oporteret conversos ad
 fidem Christianam circumcidi, quibusdam as-
 ferentibus, quod sic, aliis autem contra, missū
 est ad Apostolos & Presbyteros in Jerusalem:
 & super hoc conveniunt in Jerusalem Apo-
 stoli & seniores, & facta est magna congrega-
 tio. & illud quod placuit Apostolis & seniori-
 bus, cum omni Ecclesia, fuit sancitum: & sic
 respon-

responsum his qui dissidebant. ex quo exem-
 plo colligitur quid hodie agendum sit. Quod
 enim tunc gestum est per illos qui spiritū san-
 ctum miraculosè susceperant, debemus crede-
 re quòd Deo inspirante factum sit. quod et-
 jam patet ibi in epistola sequenti. Et in hoc et-
 jam apparet quòd licet Petrus fuerit princeps
 Apostolorum, tamen plenitudo potestatis nō
 fuit in eo solo: imò ut patet in loco memorato,
 Petrus in concilio tanquam unus in congre- 10
 gatione correxnavit, & post ipsum Jacobus A-
 postolus. nec responsio fuit data sub persona
 Petri, sed congregationis. unde epistola inci-
 pit: Apostoli & seniores fratres iis qui sunt An-
 tiochiæ. & infra, Visum est Spiritui sancto, &
 nobis, &c. Et hinc mos antiquus habuit, quòd
 omnia difficilia terminabantur per Conciliū,
 & crebro fiebant. Postea verò quidam summi
 Pontifices, qui magis ad modum terrenorum
 Principum quam Apostolorum, Ecclesiam re- 20
 xerunt, non curarunt facere concilia: ex qua
 omissione prodierunt multa mala. ut supra. Et
 ex hoc apparet, quòd id quod dicitur, quòd
 Papa habet plenitudinem potestatis, debet in-
 telligi non solus, sed tanquam apud universi-
 tatem: Ita quòd ipsa potestas est in ipsa univer-
 sitate tanquam in fundamento, & in Papa tan-
 quam in principali ministro, per quem hæc
 potestas explicatur, ita tamen, quòd præcedat

D

clavis discretionis. ut eleganter dicit Inno. de
 jurejur. c. quinto. Et idem Inno. de voto. c. q̄
 supra. exponens illud quodcunq; ligaveris &c.
 dicit, quòd Papa super omnes jurisdictionem
 & potestatem habet de jure, sed non de facto.
 Et notat Hosti. de translat. Epif. quòd judican-
 do & solvendo valet quod agit, clave non er-
 rante, & sic intelligendum est quod dicitur 24.
 q. 1. c. quodcunq; & quòd potestas Papæ sit in
 10 ipsa ecclesia, probatur 93. dist. c. legimus. ubi di-
 cit Hieronymus, quòd orbis major est urbe. &
 ibi colligit glos. quòd statutū concilii præjudi-
 cat statuto Papæ. & idem notatur 9. q. 3. c. Ne-
 mo ad hoc. 19. dist. Ita Dominus. ubi dicitur. q̄
 Christus commisit salutem universitati o-
 mnib. Apostoli: ita tamen q̄ in Petro prin-
 cipaliter collocavit. Ubi nota, quòd non dicit
 totaliter, ut alii excludātur, sed dicit principa-
 liter, ut sic plenitudo potestatis sit in universi-
 20 tate ipsa, & per singulos exerceatur, sed princi-
 paliter per Petrum. Non tamen ita per Petrū,
 ut ei etiam erranti standum sit. Unde legitur
 ad Galat. 2. quòd Paulus in faciem restiterit Pe-
 tro, quia repræhensibilis erat. 2. q. 7. c. Paulus. 1.
 Ex his infertur, quòd potestatis plenitudo est
 in Papa, ita tamen quòd non errat, sed cum er-
 rat, habet corrigere Concilium, apud quod, ut
 prædixi, est plenitudo potestatis tanq̄ in fun-
 damento. Neque in hoc potest Papa per suas
 consti-

constitutiones, vel alio modo facere resistentiam, quia hoc esset subvertere Ecclesiam, de quo supra. quia ut ibi dixi, Papa non potest immutare universalē statum Ecclesie, 24. q. 1. c. memor. & de concess. præben. c. opposuit, in glos. nam contra. sed potius debet usq; ad animam & sanguinem confirmare. 30. q. 1. c. sunt quidam. quod ibi exponit Laurentius usq; ad omnes conatus, & facit dictum c. memor. & 25. q. 1. c. Quæ ad perpetuam. Nam neq; potest Papa dis- 10
pensare in eo, per quod decoloratur status universalis ecclesie, 1. q. 7. c. & si illa. Nam ex hoc convinceretur errare. dicto c. sunt quidam. in fine. Quæ jura sunt notanda, quia malè cōsiderata sunt per multos assentatores, qui voluerūt placere Pontificibus per multa retro tempora, & usq; ad hodierna suaserunt eis, quòd omnia possent, & sic quòd facerent quicquid liberet, etiam illicita, & sic plus quàm Deus. Ex hoc enim infiniti secuti sunt errores, quia Papa oc- 20
cupavit omnia jura inferiorum Ecclesiarum: Ita quòd inferiores prælati sunt pro nihilo. Et nisi Deus succurrat statui Ecclesie universalis, Ecclesia periclitatur. Sic favente Deo, speratur de reformatione, si ut dicitur constitutum congregabitur in Ecclesia Concilium. In qua congregatione non oportebit solùm schismati præsentis, sed etiam futuris consulere, & ita determinare potestatem Papæ, ut non sub-

vertantur inferiores potestates. Et ut Papa deinceps posset non quodlibet, sed quod licebit. Nam etiam ipse beatus Petrus non sic administravit, ut occuparet aliorum potestatem. Imò tanquam unus ex Apostolis, accepit partem administrationis: primùm in Ecclesia Antiochena, deinde in Romana, ut in ejus historia. Et licet fuerit princeps Apostolorum, tamen non usurpavit aliorum administrationem. **10**olet etiam considerandum de honorificentia facienda Papæ, ne in ea excedatur modus; ut videatur non minus honorari Papa quàm Deus. Ita enim honorandus est, ut non adoretur, quod de se fieri passus non fuit idem beatus Petrus, de quo legitur Actuum 10. quod Cornelius prostratus ante pedes ejus adoravit eum, Petrus verò elevavit eum, dicēs, surge, ego ipse homo sum sicut & tu. & facit quod dixi de maj. & obed. c. iis quæ. quæstione tertia. de jurejur. **20**c. & si Christus. in prin. nota. 4. Et si dicatur, quod hoc est imponere legem principi, qui est solutus legibus. dic quod est solutus legibus suis, non Dei, quales sunt leges concilii, quæ spiritu sancto suggerente promulgantur. 50. di. c. Si quis diaconus. in princip. facit supra. ead. q. ubi dicitur de epistola apostolorum. & facit quòd dico de offic. or. c. inter cætera. contrario secundo. & facit præalleg. c. 25. q. 1. quidam. ubi dicitur, quod si Papa niteretur destruc-

struere id quod docuerunt Apostoli & Prophetæ, non sententiam dare, sed magis errare convincitur. Ad idem e. q. c. contra. ubi dicitur, quòd contra statuta patrum aliquid concedere vel mutare non licet, etiam sedi Apostolicæ. per hoc, quia jus naturale & divinum est immutabile. 5. dist. in prin. de consue. c. fin. Ex his infertur ad sequentes quæstiones. Quæro itaq; quia in proxima quæstione est dictum, quòd cum Papa dissidet à Cardinalibus, recur-
 10 ritur ad Concilium: Ideo præsupposito facto, quòd ambo etiam nunc de Papatu contendentes, voverunt & juraverunt renunciare Papati, ut in forma de qua infra e. q. & ambo, vel alter recusat implere: an ex hoc incurrant aliquid propter quod subjiciantur Concilio? & an possint compelli ut impleant id quod voverunt & juraverunt, & in hoc iudicem reco-
 20 gnoscant, attento quod ex hac divisione ruit ecclesia? & an possint dici veri Schismatici, & an tale sit Schisma quod incidit in hæresim, & in talem ex qua Papa subjiciatur concilio? De hoc, & de eo quod est infra in sequentibus quæstionibus, fui interrogatus propter dissidium inter utrumq; contendentem, & suos Cardinales: & de his & aliis sequentibus, posset haberi solutio ex dictis sup. cod. Sed ad apertius hæc declaranda, præmittenda est ante omnia forma voti & juramenti. Ubi sciendum, quod

D 3

in proxima vacatione sedis Apostolicæ, Domino Innocentio septimo viam universæ carnis ingresso, Domini Cardinales cōgregati in conclavi, pro electione summi Pontificis celebrandi, universaliter singuli, & singulariter universi, unanimiter & cōcorditer, nemine discrepante, ex certa scientia convenerunt, voverunt Deo, & ejus matri Virgini, & sanctis Apostolis Petro & Paulo, totiq; cælesti curiæ, juraveruntq; ad invicem unus alteri, & e converso: itaq; se obligando solenniter promiserunt sub hac forma, scilicet; Quòd si quis eorum assumptus fuerit ad apicem summi Apostolatus, pro integritate unitatis Christianorum, renūciabit effectualiter juri suo & Papatui, purè, liberè & simpliciter, si & quando Antipapa, qui est, & qui pro tempore fuerit, consimiliter renūciabit & cedet prætensis juri suo & Papatui, sive decedat: dummodo Anticardinales effectualiter velint cum eisdem Dominis de sacro Concilio sic convenire & concordare, quòd ex hoc sacro Collegio, & ex ipsis, sequatur justa & canonica electio unius summi Romani Pontificis. Et postea sequitur, quòd quilibet promisit & juravit, quòd intra mensem à die suæ inthronisationis, præmissa indicabit Antipapæ, & ejus collegio, &c. & ut se offerat impleturum, & paratum esse ad cessionem modo prædicto, & ad omnem aliam viam rationabilem,

bilem, per quam dictum Schisma tollatur, & unionis sequatur integritas. Et post aliqua, quæ quilibet etiam juravit, quod præmissa omnia & singula, inchoata & inchoanda, mediabit, prosequetur, & sine debito terminabit. nihil de contingentibus, necessariis, & utilibus quomodolibet opportunis omittendo, quantum in se fuerit. Deinde secuta est elec. Domini Gregorii 12. qui post assumptionem suam hæc approbavit, & sup hoc literas misit ad alium, qui apud alios dicitur Benedictus, in quibus hæc narrat & approbat, & ad idem hortatur. Misit etiam literas ad Principes & cõmunitates, hæc attestantes. Item autem Dominus Benedictus respondit p suas literas, in quibus sunt hæc verba. Parati sumus unam cum Collegio venerabilium fratrum nostrorum, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, in loco securo, decenti & idoneo, tecum, & cum quocunq; successore tuo, ac prætenso collegio tuo, qui apud partem tuam pro Cardinalibus segerunt, vel gerent, personaliter convenire pro unione Ecclesiæ tractanda, & favente Deo obtinenda. Ibiq; proviso & ordinato de iis, quæ pro securitate & acceleratione unionis prædictæ erunt oportuna, & necessariò disponenda, parati sumus pro pace ac salute animarum, ac unione & reintegratione Christianorum, in dicta conventionem personaliter, modo

verissimo, Juri & Papatui purè, liberè & simpli-
 citer cedere, & renunciare, quod efficaciter fa-
 ciam, si tu ibidem consimiliter renunciabis &
 cedes prætenso juri tuo & Papatui. Vel si dece-
 des, vel quicumq; successor tuus; & illi qui a-
 pud partem tuam pro Cardinalibus se gerunt,
 aut gerent, sic ut præfertur, voluerunt cum ef-
 fectu convenire & concordare nobiscum, &
 cum prædictis venerabilibus fratribus nostris:
 10 quòd exinde unici canonica Romani pōtificis
 sequatur electio, & unio Ecclesiæ Dei. Item
 ante hoc tempus, eo tempore quo idem Bene-
 dictus fuit electus, sui dicti Cardinales, & ipse
 cum eis promiserunt & jurarunt in forma se-
 quenti: Nos omnes & singuli sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ Cardinales, congregati electioni fu-
 turæ, in conclavi ante altare, in quo missa com-
 munis celebrari consuevit, pro Dei servitio &
 pro unitate Ecclesiæ suę sanctæ, & salute ani-
 20 marum fidelium omnium, promittimus & ju-
 ramus ad sancta Dei Evangelia, corporaliter
 per nos tacta, quòd absq; fraude, dolo & ma-
 chinatione quibuscunq;, ad unionem ecclesię
 ad finem ponendum Schismati, proh dolor, in
 Ecclesia nunc viginti, quantum in nobis erit,
 laborabimus fideliter & diligenter. & per nos,
 quātum ad nos pertinet, seu etiam pertinebit,
 dabimus pastori nostro, & gregis Domini, &
 vicario Christi domino nostro futuro, qui erit
 pro

pro tempore, auxilium, consilium, & favorem, nec ad impediendum vel differendum præmissa, dabimus consiliū directè vel indirectè, publicè vel occultè. Et ista omnia & singula, & alia etiā præmissa, omnes vias utiles & cōmodas ad utilitatem Ecclesiæ, & unionem prædictam ejusdē, sanè & veraciter sine machinatione, seu excusatione, vel dilatione quacunq;, servabit & procurabit possitenus quilibet nostrūm, etiam si assumtus fuerit ad Apostolatū: & usq; ad iocessionem inclusivè per ipsum de Papatu faciendam, si dominis Cardinalibus qui nunc sunt vel erunt in futurum, vel majori parti eorundem, hoc pro bono Ecclesiæ & unitatis prædictæ videatur expedire. Post hæc secuti sunt multi tractatus, & tandem contendentes venerunt ad loca invicem, & venit Dominus Gregorius Lucam, alter ad portum Veneris: & habitis per internuncios variis colloquiis, uterq; recessit de locis prædictis: & asserit alter quòd 20 per alterum stetit, & e converso. Et interea major pars Cardinalium utriusq; collegii, recessit ab eis, & isti asserunt quòd per utrumq; contententem stat, quominus habeatur unio: & quòd neuter voluit, nec vult cum effectu renunciare, atq; quòd ideo sunt perjuri, & schismatici nutritores. supra. q. proxima. Ergo ex ex q̄ dissident isti contendentes cum suis Cardinalibus, oportet congregare Concilium, &

ejus determinationi standum erit. Et in eo quod
 quaeritur, an isti possint compelli ut impleant
 quod voverunt & juraverunt, patet solutio ex
 eo quod dixi supra in quinto modo: quia etiam
 cessante voto & juramento, possent cogi ad
 cedendum. ut ibi. ergo fortius quando vove-
 runt & jurarunt. 12. q. 1. c. scimus. & contra fa-
 cientes delinquunt, & minores sunt quolibet
 Catholico. ut notatur in glos. 24. q. 1. c. Acha-
 100 tius. 1. arg. dicti c. scimus. & cum ex hoc sint in
 notorio crimine, subjiciuntur Concilio. ut su-
 pra in quinto modo. Nova tamen in hoc est
 quorundam industria seu astutia, qui nituntur
 veritatem involvere, & rem Dei ad argumen-
 tum laicale deducere, dicentes quod Dominus
 Gregorius non tenetur cedere simpliciter, sed
 sub conditione, si, & quando Benedictus ce-
 dat. & e converso pro alia parte inducitur, quod
 Benedictus non tenetur cedere simpliciter,
 20 sed sub constitutione, si, & quando Dominus Gre-
 gorius cedat, & ex hoc surgit perplexitas, quia
 cum neuter secundum hoc debeat esse pri-
 mus qui cedat: & neuter velit renunciare, nisi
 primo alter renunciaret, neuter potest jura-
 mentum implere: sed vitiatur utrumque ju-
 ramentum propter perplexitatem & repu-
 gnantiam. ff. de condi. insti. l. si Titius. de reg.
 juris. c. ubi repugnantia. & ext. de ap. c. solli-
 citudinem, de fide instrum. c. imputari. Ad
 quod

quod respondetur, quòd Deus non decipitur, neque irridetur: scrutator est enim secretorum. 23. dist. c. erubescant. Item juramentum debet impleri omni modo, quo meli⁹ fieri potest. ff. de le. 2. cum pater. §. filius matrem. ubi glos. Unde etiam debet observari in forma specifica. de jurejur. c. ad nostram. 1. Quanto magis ergo in casu nostro, maximè in tanto Dei negotio, intelligi debet purè & finè plicis, quod uterq; contendentium juramentum 10 observaret. arg. 22. q. 5. c. quacunq; & c. seq. Item hoc casu possunt ambo per se, vel procuratorem simul cedere, & hoc signat dictio (quando) posita in juramento utriusq; ex qua infertur fuisse de mente utriusq;, non quòd alter precedat, imò quòd neuter incipiat, sed similiter cedant: ita quòd utriusq; juramentum simul adimpleatur cum effectu. arg. ff. quando dies leg. ce. l. quod pupillæ. Item in juramento Gregorii est, quòd se obtulit ad omnem viam 20 rationabilem, per quam schisma tollatur. ut sup. Item juravit quòd nihil velit omittere de contingentibus, necessariis & utilibus quomodolibet opportunis. Et idè in effectu est in juramento à Benedicto præstito, in conclavi, de quo supra. Si ergo per utrumq; vel alterũ stetit quo min⁹ schisma sublatũ sit, vel si hodie stat, censetur uterq; vel alter juramenti violator. Pro prædictis facit, quia juramentum fuit præstitum

44 DE SCHISMATE INNOCENT. VII.

stitum Deo, ut supra, & sic vehementius obligat. arg. 33. q. 5. quod Deo. & quod notatur de jurejur. c. pervenit. 2. in glos. ult. Nec obstat quod notatur in Regula, frustra. in prima questione. lib. 6. ubi in simili casu dicitur, quod is qui petit, debet prius implere; aliàs non potest agere ex juramento condicionali: quia illud cum agitur de commodo privato intelligitur. Item ut prædixi, hîc fuit in juramento dicto
 10 hæc particula quando. unde debet intelligi quod simul cedant. Aliud autem cum quæritur, an possint dici veri Schismatici, & an tale sit schisma quod incidat in hæresim, & talem ex quo subjiciantur concilio? hoc patet ex dictis supra eo. modo in prin. Tertio quæro, an à præmissis juramento possint contendentes se absolvere, vel per suum commissarium facere absolvi? Respondeo quod quantum ad Dominum Gregorium, quod non procedit: quia in juramento præstito in conclavi juravit hoc non fa-
 20 cere. sed etiam si non jurasset, adhuc idem dicendum est, quia ex hoc turbaretur status universalis Ecclesiæ, in quo Papæ non est obediendum. sup. eo. modo. q. 1. & sup. in primo modo. q. 6. Quarto quæro, an stante divisione attentis dubiis juris & facti, cum peritorum sint consilia contraria, & factum etiam revo-
 30 cetur in dubium, ex quo jam 30. annis quælibet obedientia est firmata in firmam credulitatem

ratem sui, an Concilium huic malo possit pro-
 videre; etiam dato quod talia non incurrerent
 crimina, quibus subjiceretur ex vi criminum?
 Ad quod dic quod sic, per id quod dixi supra
 eo. modo. q. prima. in eo quod ibi dicitur, quod
 potestas Ecclesie est in ipsa universitate tan-
 quam in fundamento. Ad idem. sup. in pri-
 mo modo q. 1. Item ut dixi supra in quinto
 modo, potest uterq; vel alter pro sedando tan-
 to schismate, cogi ad cedendum ut ibi. Et non
 obstat si dicatur, quod potestas Papae est de ju-
 re divino, & à Deo immediate. de translat. c. 1.
 2. & 3. & quod notatur in dicto c. 2. in glos. &
 quod non potest ab homine tolli. Ad quod
 respondeo, quod quando Concilium privat
 Papam, potestas non dicitur sibi auferri ab ho-
 mine, sed à Deo: Cùm dispositio Concilii sit
 divina. sup. eo. modo. q. 1. ad fin. Item licet po-
 testas Papae sit à Deo, tamen quod iste sit Papa,
 vel iste, est immediate ab homine, scilicet per
 electionem Cardinalium. Unde potest ab ho-
 mine tolli. arg. c. 1. de reg. jur. Et si dicatur per
 hoc sequi, quod Cardinales possent Papam de-
 ponere sine Concilio. Respondeo, quod stan-
 dum esset argumento, nisi aliud esset ab ipsa
 Ecclesia receptum. Et tunc diceremus, quod
 sicut in iis quæ concernunt electionem Papae,
 collegium Cardinalium repræsentat Ecclesiam
 universalem, ut supra eo. modo in prin. ita &

in hoc. Sed quia receptum est, ut de Papæ depositione solum Concilium judicet, ideo collegium licet possit eligere, non tamen deponere. Oppone ad hoc de eo quod notat Inno. de const. c. cum accessissent, ubi dicit, quòd si universitas habet Rectorem, jurisdictio est penes rectorem, non penes universitatem. & licet ibi referat aliquos dicere, quòd deficiente rectore universitas exerceat jurisdictionem sicut rector: Ipse tamē Inno. hoc nō credit. Sed negari posset hoc: nā & Hostien. ibi hoc tenet, quòd universitas exerceat: licet sit incōmodum. ff. de orig. jur. l. 2. §. deniq;. de offi. ordin. c. irrefragabili. §. excessus. de major. & obe. c. cum olim. Sed quicquid sit de hoc, istud tamen locum habet in universitate habente superiorem: quod cessat in universitate totius Ecclesiæ, quæ superiorem non habet nisi Deum, & Papam cum benè administrat, secundum prædicta. Et de hoc an benè, vel malè, habet ipsa universitas discernere. Neque unquam ita potuit transferre potestatem in Papam, ut desineret esse penes ipsam. quia hoc esset contra jus divinum, & contra exempla Apostolorum, de quibus sup. eo. modo. q. 1. ubi dictum est, quòd congregatio habet judicare difficilia quæ emergunt: & sic tempore Apostolorum judicavit, ut supra eo. modo. q. 1. Nā & in prima universitate est totalis plenitudo pote-

potestatis, tanquam in fundamento. ut ibi. per hoc quod dicitur, quòd populus Romanus transferendo jurisdictionē in principem, etiam in se retinuit. sc. quòd nō potuit à se abdicare, statuendo legem à qua non posset recedere. ff. de le. 3. l. si quis in principio testam. & quod notatur 10. coll. Si de investitura inter Dominum & Vasallū, &c. c. 1. in glos. sed istud licet non firmet, tamē benè facit ibi à Comite vel populo. Ex quo colligitur, quòd major est ¹⁰ potestas populi, quàm magistratus ipsius. Ex hoc dicit Guill. de Cun. ff. de leg. 1. Nō ambigitur. Populū Romanū posse revocare potestatem datam principi. Opp. ad idē, quia Papa à nemine judicandus est, nisi deprehendatur infidelis. 40. dist. c. si Papa. Sed illud c. loquitur de Papa unico, de quo non dubitatur an sit Papa: hīc autem subest dubitatio inter duos, uter sit verus, & pars Ecclesiæ adhæreret uni, ²⁰ pars alteri. Unde in dubio licet, quod aliās non liceret. 13. q. 2. Non æstimemus. ubi notatur in glos. argum. de Rescript. c. super literis. in glos. in verbo, fides. & de sepul. c. sacris. Itē notatur de transact. c. præterea. 2. Et sufficit quòd hic casus non est prohibitus neq; in dicto c. si Papa neque alibi. Item ipsum Concilium non subjicitur juri positivo, cum habeat plenitudinem potestatis, ut dictum est. Et ut etiam illud c. si Papa. fuisset factum in Concilio. quod tamen non fuit: adhuc non ligaretur hodiernū

Concilium, quia par in parem, &c. de elec. c. in
 notuit. & ff. ad trebel. l. ille à quo. §. tempesti-
 vum. Item & dominium potest alicui per prin-
 cipem auferri ex causa de jurejurando. c. in no-
 stra. ff. com. præd. l. venditor. §. si constat. &
 notatur de constit. c. quæ in Ecclesiam. Quan-
 to ergo fortius potest auferri titulus admini-
 strationis, seu prælaturæ, qui est de jure positi-
 vo? Ut notatur in dictis juribus, & præcipuè
 10 in Ecclesiasticis. Et per id quod eleganter no-
 tat Innoc. de iis qui fi. à major. par. ca. c. fin.
 ubi dicit majorem partem Capituli posse ali-
 quid statuere de rebus Ecclesiæ, singulariter &
 specialiter ad quemlibet canonicum pertinē-
 tibus; secus, si non essent res Ecclesiæ, sed pro-
 priæ Canonorum, quia ibi potior esset con-
 ditio prohibentis, ff. communi divid. l. Sabi-
 nus. de servitut. ru. prædi. l. per fundum. &
 bene probatur primum, in dicto c. fin. Ex iis
 20 videtur, quòd etiam si certum esset alterum de
 istis esse Papam, tamen posset universitas Con-
 ciliii eum ejicere, ex causa maximè tam gravi,
 ne Ecclesia patiatur scissuram, ut supra in qu-
 to modo. Quintò quæro, attento, quod in
 tollendo schismate opus est, ut tota Ecclesia
 utriusq; obedientiæ simul sit juncta, (ut notū
 est, aliàs nihil boni posse sequi, sed semper
 Schismatis confirmationem. Et quia de jure
 Concilium debet esse universale, non particu-
 larè

lare: & cùm alter contendendum non possit totam Ecclesiam cum effectu convocare, cùm nō sit in possessione obediētiae in tota Ecclesia, & cùm Ecclesia nō concordet de convocādo sed declaret se dispersisse, nec velle cōgregare in loco & tempore. Et attento, quòd Imperator de facto non potest: cùm ab altera obedientia mandatum ejus non reciperetur) nunquid Cardinales simul mixti utriusque obedientiae, possint convocare: ita quòd veriorum sit Concilium, & postea requisitis contendētibus, maximè dilatando quæ notoria sunt, Schisma terminari possit? Ad quod respondeo, quòd Cardinales nō solùm possunt, imò tenentur, tam de jure communi, quàm speciali. Nam de jure communi tenentur omni conatu prosequi, ut acceleretur utilis & necessaria totius mundi provisio, idoneo celeriter eidem Ecclesiae sponso dato. de elect. c. ubi. §. cæterum. lib. 6. Item ad idem tenerentur de jure speciali, propter juramenta per eos præstita in electione Benedicti, & in electione Gregorii, de quibus supra q. 2. Sed in hoc aliqui moventur, dicentes, quod nec Cardinales Gregorii possunt communicare cum Cardinalibus Benedicti, nec e cōverso: cum isti quantum ad illos, & e converso, sint schismatici. Ad quod respondeo, quod sufficit quod utriq; ha-

E

beantur pro Cardinalibus per suam obedi-
 tiam, & possunt invicem communicare pro
 facienda electione Papæ. Nam contra Car-
 dinales eligentes non obstat exceptio excom-
 municationis, suspensionis, vel interdicti, eo-
 tit. Cle. ne Romani, §. cæterum. & idem ibi
 dicit Laudensis, de exceptione hæresis, cum
 excommunicatus appelletur hæreticus. 4. quæ-
 10 non dicitur hæreticus, nisi largè. unde percuti-
 ens Clericum hæreticum, non est excommu-
 nicatus: secus si Clericum excommunicatum,
 ut dicit Inno. de sen. excom. c. si vere. & nota-
 tur in Regula, delictum, lib. 6. Sed adhuc est
 melior ratio: quia hîc dicitur quod electus à
 duab' partibus est Papa, nulla exceptione ob-
 stante. & sic excludit quamlibet exceptionem,
 etiam schismatis & hæresis. Item etiam contra
 ipsum electum non potest excipi de hæresi, ut
 20 repellatur ab electione, licet de ipsa possit ac-
 culari, ut supra eo. tit. contrario primo. sicut
 ergo non obstat electio, ita nec electoribus.
 Et si dicatur, quod adhuc non imminet ele-
 ctio Papæ, cum duo sint in Papatu: Respon-
 deo, quod quemadmodum possint in electio-
 ne communicare, ita & in præparatoriis, sine
 quibus nō possit perveniri ad electionem uni-
 ci Papæ, arg. de offi. dele. c. præterea, cum si-
 milibus.

milibus. Item non est simpliciter verum, quòd
 Cardinales Gregorii vel Benedicti sint schi-
 smatici: omnes enim ex utraq; parte salvan-
 tur, dum tamen non errant scienter, ut supra.
 Et hìc est dubitatio facti & juris, quia utraque
 pars putat se fovere jus, & in dubio multa li-
 cent, quæ aliàs non licerent. 13. qu. 2. c. non
 æstimemus, & quod ibi notatur in glos. & arg.
 de sepul. c. sacris. in quibus juribus in dubio
 communicatur ei, cui aliàs non esset commu-
 nicandum. ad hoc etiam quod notatur de po-
 stu. c. unico lib. 6. in glos. & ff. de re jud. l. cū
 prolatis. Principaliter autem hoc casu debet
 hoc licere: cum agatur de electione Papæ, in
 qua non tradita est forma juris positivi, sicut
 in electionibus aliorum Prælatorum: sed sunt
 multa specialia, ut supra eod. titul. Et maxi-
 mè licere debet in hoc periculo, in quo est Ec-
 clesia, ut ommissis cavillationibus, & ommissis et-
 jam illis facilibus considerationibus, quæ fo-
 20
 mentum habēt tantū à jure positivo, & quæ
 facilè solvuntur: imò verius non obstant, quia
 collegium utriusq; obedientiæ, quoad ele-
 ctionem Papæ, repræsented Ecclesiam univer-
 salem, ut supra eo. modo in prin. quæ nō sub-
 jicitur juri positivo. ommissis etiam omnibus a-
 liis cogitationibus seu curis, fateantur potius
 unde veritati, & tādē post tam inveteratam

52 DE SCHISMATE INNOCEN. VII.
scissuram, Ecclesiæ Deo miserante consula-
tur. sicq; unica columba, ac sponsa pulchra si-
ne macula & ruga, serviens in charitate spon-
so suo Christo (24. qu. r. c. omnibus) & fideles
omnes (prout etiam ibi dicitur) in hac domo
ipsius Ecclesiæ habitantes, unanimiter
laudent Deum in hoc sæculo tem-
poraliter, & tandem in cælo
æternaliter, in sæcu-
la sæculorum.

Amen.



Q. K. 410, 35.

A C V

F R

Z A B
D

QVI V
num Dor
jus tempor
positissimus:
nodis, Cæsar
de plerisq;
mnant

E O R

Repleta
non e.
est te.
quad
Idoliz

62

BIBLIOTHEK

HECA
IANA

